



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Legia Catholica**

**Roberti, Johannes**

**Leodii, 1633**

6. Altaria, Missæ sacrificium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

Iam Beguinarum (de quarum Origine, & Instituto, in Radulpho Episcopo 62. egimus) domicilia, partim maiora, partim minora, tot sunt, vt numerus agrè iniri possit. Ponam, vt minimum, 50.

Quæ si alijs locis sacris annumeres, reperies ad 153. Quæ omnia à Catholicis Imperatoribus, Regibus, Principibus, Dynastis, Episcopis, alijsve vel sacris, vel alioqui pijs hominibus, fundata, & dotata, Catholicæ Religionis, & Fidei, insigniter Leodij florentis argumenta sunt certissima, atque adeo Sole clariora.

6. *Altaria, Missæ sacrificium.*

**T**empla eò potissimum comparata sunt, vt in ijs Altaria  
statuan-

CATHOLICA. 113  
statuantur: Altaria porro, vt  
super ijs Sacrificia offerantur.

Templorum ingentem nu-  
merum paulò antè indicaui-  
mus. De eorum Consecratio-  
ne nihildum diximus, quam  
hoc loco oportunè attingemus:  
quòd in ipsis Templis Altaria  
maximè consecrantur, ad Missæ  
sacrificia in illis perpetranda.

S. Monulphus Templum  
consecrauit in honorem S. Ser-  
uatij; & aliud SS. Martyrum  
Cosmæ, & Damiani: alij alia,  
vt suprà in ipso Episcoporum  
Catalogo ostendimus. Illud  
prodigiosum, quòd Monul-  
phus, & Gondulphus pridè de-  
functi, è tumulis suis emerse-  
rint, vt Consecrationi Ecclesiæ.  
à Carolo Magno, Aquisgrani  
erectæ, cum multis alijs Anti-  
stitibus, interessent: vt in Mo-  
nullo

nulpho meminimus. Quod certe ostendit, quàm Deo cordi sit sacra illa, & Catholica cæremonia.

De Altaribus satis constat, nullam vnquam Ecclesiam ædificatam, quin in eâ, vnum, aut plura Altaria erigerentur. Et sanè sunt Ecclesiæ non paucæ, in quibus ingentem eorum numerum videas. Non ibo per singula. Repete, sodes, quæ ante annotauimus.

Aliud hoc loco prodigium præterijisse, nefas duxerim, quod in Seruatio legisti. Romam ille petebat, vt Deum ad Apostolorum limina, pro Grege suo Tungrensi, exoraret. Ex itinere Metas adiit, S. Auكتورẽ, eiusce loci Antistitem salutaturus. Rogat hic, vt Missæ sacrificium Deo offerat in eâ Ecclesiâ, quæ

S.

S. Stephani erat. Paret ille roganti. Sed cum Altaris lapidem, lapsu ruentis trabis contractum reperisset: ducto prius per fragmina sacro digito, pristinâ integritate redonauit. Ut alia desint argumenta, nonne hoc solo diuino testimonio, & Templâ, & Altaria, & sacrificia satis probata sunt?

De Missæ Sacrificio denique, cur operose ostendam, in Ecclesiâ Leodiensi semper viguisse, cum id Templâ, & Altaria clament: & plerique Episcopi, mox à suâ Electione, & Consecratione, illud Omnipotenti Numini obtulerint?

Quinetiam ipsi Episcopi, alijque inferiores Sacerdotes, ad hoc maximè sacrificium perpetrandum, ab alijs Episcopis, perpetuò consecrati fuerunt.

F

Exem-

Exempla habes in S. Huberto,  
S. Friderico, Alberto, Ioanne,  
& alijs.

7. *Clerici, Monachi.*

Tot illa, quæ memorauimus,  
Templa, tot Altaria, sine  
Ministris, & Clero, frustra cõ-  
parata videantur. Ipsi Episco-  
pi, sacrorum Principes; deserti,  
& solitarij sint, nisi Sacerdotes,  
Diaconi, Hypodiaconi, alijque  
inferiores Administri ijs assi-  
stant, sacramque Pompam du-  
cant, & exornent.

Sine his nunquam Cathe-  
dralis Ecclesia, nunquam tot  
Collegiatæ, tot Parœciæ, tot  
Monasteria, tot Sacella, aliaq;  
sacra Domicilia, fuerunt, aut  
esse potuerunt. Hæc etsi con-  
stant: ex ijs tamen, quæ antea  
diximus, repetere potes ista.

*Cle-*